

ANGELI  
MATHIAE A. J.  
IURISCONSULTI

IN <sup>VR. Coll. Coll. Comp. & H. de. wa.</sup>  
CELEBERRIMO <sup>anno d. 1544</sup>  
PATAVINO GYMNASIO

E PRIMA CATHEDRA

MORTIS MATUTINIS IUS CIVILE  
INTERPRETANTIS.

De Via, & Ratione artificioſa Iuris vniuersi  
Libri Duo.

Quibus addita ſunt Summaria, Indicesque duo, Titulorum unus,  
alter singularum Sententiarum.

CVM PRIVILEGIO.

Num. 46. cap. 6.

Num. 47. cap. 6.



Venetijs; apud Paulum Meletum MDXCL

COLL. SOC. IESU SALM. EX DONO REGVM.



IACOBO FOSCARENO

S E N A T O R I

A M P L I S S I M O,

E T D I V I M A R C I

P R O C V R A T O R I

I L L V S T R I S S I M O,

Angelus Matthæcius,

S. P. D.



C CIP E primitias, quas nunc tibi offero  
amplissime FOSCARENE : quæ scili-  
cet lucubrationes meæ te vnum tutorem,  
ac defensorem suum exigunt, cuius clypeo  
munitæ iter quoquo versum tutò tenere  
possint, plures etiam studiosos legum si-  
bi comites exposcent, qui ad sacrum Mi-  
neruæ templum per legiti nos juris tramites hanc habeant  
viam : te igitur principem, ac originem, hos vero finem,  
& metam laborum suorum iure, & merito nuncupant,  
quod sanè meæ erga te obseruantę, & animi beneficiorum  
memoris perpetuum erit indicium : quibus enim magis hoc  
totum frugis meæ ( quicquid id est ) debere existimem,  
quam tibi, Vir Illustrissime, & sapientissime ? qui mihi ad hoc  
munus Deo faciente auctor, & dux extitisti : cui præter-  
quam, quod, & spiritum acceptum refcro, iure etiam de-  
beo laborum meorum fructum, rationemve aliquam red-  
dere, ut quemadmodum mihi ad bene sperandum, quasi  
signum aliquod ex arce tua extulisti, ita etiam ad longius,  
altiusque progrediendum nonnullum auxilium ( quæ tua

a 2 est

Aeneas Silvius Mediceus  
ANGELI MATTHEACII

DE VIA ET RATIONE

ARTIFICIOSA IURIS

V N I V E R S I.

L I B . II



*Deratione Iustinianea docendi addiscendiq; Iuris  
civilis. Cap. I.*

- 1 Multe recesserunt à vera ratione Iustinianea addiscendi Iuris civilis.
- 2 Auditores primo anno Iustinianei nomi appellantur, secundo Ediculares, tertio Papiniani, quarto Iyx, quinto Prolyte.
- 3 Interpretatio dictiorum Παρατίθεται, & κατα ποδας.
- 4 Forma Iustinianae Methodi.
- 5 Qua de causa Auctor conscripsit Iuris viam, & rationem.
- 6 Athenas studiorum causa petentes primo anno Sapientes, secundo Philosophi, tertio Rethores, quarto Grammatici, quinto Inalphabetici dicebantur.
- 7 Cœdant legum studiosi, ne primo anno Doctores, secundo Licentiatæ, tertio Baccalaurei, quarto Legulei, quinto legum prorsus imperiti euadant.
- 8 Paucis datum est per legitimos tramites Iustiniani ad iuris prudentiam aspirare.
- 9 Duos esse precipiosos animi habitus, Scientiam, & Pudorem.
- 10 Quatuor et hanc iuris pediam conscripsit.
- 11 Quam utilitatem hac afferat via, & ratio.



V M Iuris civilis scientiam, ac dignitatem, quam Iustinianus non minus belli gloria, quam iuris, & legum maiestate Imperator insignis, nobis digestam edidit, vndeque sedulo contemplarer, & contemplando admirarer, cœpi tecum tacitus cogitare, quanam leuiori via, legum studiosis ad sacrum iuris prudentiae templum pateret aditus, & plerosque à recto legislatoris trahere, fatis infeliciter recedere, ac per deuin, pertulsi, & spinas, non sine maximo animi meo mœrore præcipites dari intuerer. Iple enim legum Romanarum Princeps post ipsam Pandectarum divisionem, egregiam sane rationem docendi, discendi que iuris civilis, methodum inquam cum ratione materie, tum ratione forme facillimam, & certissimam, ex latente verborum sententia, exauriendam insinuit. Ratione materie, dum singulos iuris libros, quos singulis annis professores docere oportet, ita distribuit, ut adolescentes auditores primo anno Iustiniane no[n] appellarentur, cum antea dupondij, ridiculo cognomine, quod uno tantum anno iuri operam nauassent, nunc parentur: secundo anno Ediculares, utpote cum in edictis iam versari cœpissent: tertio Papinianisti, ob Papiniana re-

a Inst. p. 2.  
fform. 3. di  
scipuli vero,  
& passim.

- 1 re.
- 2 a.

A ponfa